[illegible] Credunt quoque et crediderunt et intendunt credere firmiter in futurum, quod deus creator est, et dominus celi et terre, et omnium que in eis sunt, qui omnia bene fecit, et sine eo factum est nichil, et quod in mundo nisi ipso volente vel permittente fit nichil. Item
quod Romana ecclesia, cui dicto nomine fuerit, dominum Dominum papam presentialiter presidere, est sancta catholica et apostolica ecclesia, in qua ipsi credunt, et que ipsa credit, et docet, credunt, et ea servanda et tenenda expresse, ac contrarium credere hereticum dictis nominibus professus fuit, et profitetur, revocatis, reprobatis, et
85 damnatis omnibus, et singulis erroribus supradictis [illegible] et [illegible] etiam promisit quod ipsi et eorum quilibet fidem tenent et tenuerunt predictam, et intendunt tenere immobiliter in futurum, et quod credunt et crediderunt et intendunt credere firmiter in futurum omnia et singula
86 supradicta et a contrariis omnibus abstinebunt. Et etiam promisit [illegible] dominorum Raynaldi et Nicolai nomine, quod super omnibus et singulis offensis, dicti domini papa et ecclesie memorate, obtemperabunt dicto domino papa et ipsius beneplacitis et mandatis. Preterea prefato domino Legato recipienti nomine antedicto
87 idem dominus Opizo suo, et dictorum suorum fratrum nomine, et ut eorum procurator et nuncius, quod archiepiscopos, episcopos, abbates, priores, prepositos, decanos, archipresbiteros, clericos regulares et seculares, et alias ecclesiasticas personas gaudere permittet sublatis impedimentis quibuslibet, omnibus suis libertatibus
88 redditibus, et proventibus, iuribus, et obventionibus, in Civitate Ferrarie, ac districtu, et Comitatu eidem, et in Marchionatu et districtu Estensi, quantum erit in eis, nec impedientibus prelatos et personas ecclesiasticas in premissis dabunt per se vel alium, seu alios, directe vel indirecte, publice vel occulte
89 auxilium, consilium vel favorem. Et hoc idem specialiter intelligi voluit esse promissum, et promisit nominibus antedictis, quantum ad ea, que prelati habent in predictis Civitate, Comitatu, Marchionatu et districtu vel extra, scilicet Ferrariensi, Comaclensi, et Adriensi episcopi, et alii quicumque
90 ac quecumque ecclesie, et personae ecclesiae seculares vel regulares, et quod ex proposito sancte matrem ecclesiam non offendent. Item quod contra ipsum dominum papam et sanctam matrem ecclesiam, ac ipsius sequaces non erunt, sed potius eidem et dicte ecclesie fideliter adherebunt, et assistent, prout eis duxerit iniungendum
91 [illegible] cum Lodovico de Bavaria heretico et scismatico, ac eius damnatis complicibus, vel aliis ipsius domini papae seu ecclesie rebellibus, presentibus et futuris, nec eis prestabunt auxilium, consilium vel favorem, sed eis guerram movebunt potius si, et prout ipse dominus papa vel
92 [illegible] ab eo duxerit ordinandum. Preterea de terris ipsorum iurisdictioni commissis, vel etiam committendis, aut administrationi subiectis, hereticos universos ab ecclesia denotatos, bona fide, pro viribus exterminare studebunt. Et quod Civitatem Ferrariensem, eiusque Comitatum et districtum
93 ac Castra, seu villas ipsorum in casu, quo ea ipsis, quo ad vicariatum concesse sunt, vel concedentur, exhibebunt in obsequium sancte matris ecclesie et domini papae. Et quod gentibus, servitoribus, stipendiariis, nunciis, et fidelibus ipsius domini papae et Romane ecclesie, omni tempore dabunt auxilium, consilium
94 et favorem, habebunt stipendiarios sufficientes pro defensione dictorum Civitatis, Comitatus et districtus, transmittendos in obsequium et ad mandatum ipsius domini papae et domini Legati predicti, etiam ubi, et prout ipsi domini papae vel Legatus duxerit ordinandum iuxta possibilitatem ipsorum
95 et Civitatis predicte, [illegible] in exprimendo, cum plus facere intendant quam promittant. Rursus colligationem, coniurationem, conspirationem seu ligam, cum predicto Lodovico de Bavaria, aut damnatis suis complicibus et sequacibus, seu aliis ipsius domini papae et ecclesie Romane rebellibus, presentibus vel futuris, [illegible]
96 faciet et in factis [illegible] non perseverabunt, sed ab illis resilire quantocius procurabunt. Item consentient et procurabunt de principalibus personis, que reperientur tumultum in populo procurasse, dum olim gentes Illustris domini Roberti Regis Sicilie, tunc dicte Civitatis [illegible] Romane ecclesie
97 presidentes in dicta Civitate [illegible] fuerunt, exhiberi iustitie complementum. Item quod ipsi nulli obedient vel adherebunt tanquam Imperatori vel administratori Imperii, nisi ille primus fuerit per sedem apostolicam approbatus et confirmatus. Insuper cum Castrum Argente [illegible]
98 pertinere dictis nominibus [illegible] et claves ipsius iam restituerit domino Legato predicto promittit quod Castra seu terras et alia loca sive ad Romanam vel ad Ravennam spectent ecclesias, per ipsos Marchiones vel eorum alterum detenta, domino Legato predicto recipienti earundem Romanam et Ravennam ecclesiarum nomine infra
99 quindecim dies a tempore, quo per ipsum dominum Legatum vel alium, dominum papam vel ipsius domini Legati nomine, super hoc requisiti fuerint, libere restituent et assignabunt, et de bonis, que occupationis tempore erant in Castro Argente pertinentia ad venerabilem patrem [illegible] Archiepiscopum Ravennatem [illegible] et de fructibus
100 perceptis vel qui ab eadem [illegible] de dicto Castro Argente, vel bonis pertinentibus ad ipsam ecclesiam Ravennatem quod tempore, quo ipsum Castrum in rebellione tenuerunt, [illegible] sibi datis, satisfacere dictis nominibus promisit Archiepiscopo memorato iuxta ipsius domini papae arbitrium, et etiam domini Legati
1 prefati, cui per ipsum dominum papam specialiter est commissum. Promisit etiam dictis nominibus quod quecumque loca seu bona aliarum quarumcumque ecclesiarum cathedralium vel aliarum necnon monasteriorum et quorumcumque aliorum piorum locorum per eos vel eorum alterum occupata per se vel alios ipsis restituent, nec eo temptabunt
2 in eis ulterius molestare, et de fructibus inde perceptis vel qui ab ipsis ecclesiis vel monasteriis vel aliis locis piis percipi potuissent, ac de damnis illatis eisdem iuxta ipsius domini papae arbitrium satisfacient competenter, prefato domino papae causis damnorum et fructuum predictorum specialiter reservatis.
3 Nichilominus etiam promittens nominibus antedictis, humiliter et prompte recipere penitentias eis pro predictis iniunctas, ac facere et exequi infrascriptas satisfactiones pro salute animarum ipsorum per ipsum dominum papam ordinatas et iniunctas procuratoribus supradictis, ipsorum dominorum Raynaldi et Opizonis nomine, videlicet
4 quod quatuor Capellas perpetuas in ecclesia maiori Ferrariensi, sic sufficienter fundabunt et dotabunt, quod de redditibus pro illis per eos assignandis habeant sufficientem victum et vestitum, eo modo, quo alie Capelle perpetue dicte ecclesie fundate sunt et dotate, et si non essent in eadem ecclesia Capellanie sufficienter
5 [illegible] sufficienter de suis propriis facultatibus infra duorum annorum spatium nichilominus procurabunt [illegible] cathedralibus a quibus Castra vel possessiones perceperint, dabunt pro emenda planetam unam valoris viginti florenorum auri ad minus infra duos annos, et idem facient
6 et dabunt singulis abbatiis, que sunt in Civitate Ferrariensi et ei Comitatu vel districtu infra terminum supradictum. Et insuper dabunt tunicas novas [illegible] et eidem subtulares novos in die qua relaxatio interdicti Ferrarie publicabitur in Civitate predicta, habebunt etiam quatuor
7 torticia cerea, quorum quilibet sit ponderis decem librarum cere, que accensa die predicta portari coram se faciet a domo, quam inhabitant usque ad ecclesiam maiorem predictam, precedentibus tunc ipsos et dicta torticia, predictis pauperibus indutis dictis tunicis et subtularibus calciatis, que quidem
8 torticia, lectis ibidem litteris apostolicis super relaxatione interdicti predicti, confestim eidem ecclesie reverenter et publice offerent pro emenda. Et preter hec, duemilia missarum dici faciet infra terminum duorum annorum predictorum pro animabus illorum qui mortui sunt in fide catholica pretextu rebellionis predicte
9 nomine infra dictum tempus, semel reficient de cibo et potu, mille pauperes simul vel etiam successive ex causa predicta. Preterea idem dominus Opizo nominibus antedictis promisit et convenit dicto patri domino Legato ut supra recipienti, quod ipsi comiter et heredes sui quolibet anno de ipso decennio ad
10 quod dominus papa [illegible] decernit vicarios ordinare, et per ipsum dominum Legatum antedicto [illegible] fuerunt ordinate in vicarios dicte Civitatis Ferrarie, ac Comitatus et districtus eidem, decem milia florenorum boni et puri auri et legalis ponderis in duobus terminis qui sequuntur, videlicet medietatem in festo beatorum Petri et
11 Pauli apostolorum, mensis Iunii, et aliam medietatem dictorum decem milium florenorum in subsequenti festo nativitatis domini, eidem domino papa et successoribus suis Romanis pontificibus, et eidem ecclesie in Romana Curia, ubicumque ipsam esse contigerit, suis periculis et expensis absque aliqua diminutione, census nomine per se
12 vel alium [illegible] et integraliter numerabunt, quod etiam dimittet, restituet et libere assignabunt eidem domino papa et successoribus suis, ac deputandis ab eo, vel eis et eidem Romane ecclesie, elapso decennio supradicto, Civitate, Comitatum et districtum predictos cum suis iuribus et pertinentiis universis. Et generaliter
13 omnia alia et singula gesta eorum seu alterius eorum nomine per procuratores predictos et omnia alia et singula facere et obtinere promisit et convenit nominibus antedictis, que in dictis litteris vel aliis quibuscumque litteris apostolicis, eos vel eorum alterum tangentibus continentur, de quibus oportebat vel non expressam fieri mentionem, que in quantum eos tangerent
14 per expressis habeantur et sint in presenti documento. Que omnia et singula suprascripta et infrascripta promisit idem dominus Opizo nominibus quibus supra prefato domino Legato ut supra recipienti, et solemniter stipulanti, ac etiam corporaliter iuravit in manibus dicti patris ad sancta dei evangelia, tactis sacrosanctis [illegible] in animas et
15 super [illegible] tam [illegible] firma, et rata, ac grata habere et tenere, ac etiam efficaciter adimplere, et non contrafacere vel venire per se ipsos vel alios directe vel indirecte in iudicio vel extra, modo aliquo vel ingenio, in fraudem premissorum, [illegible] quibus omnibus et singulis firmiter observandis et efficaciter
16 adimplendis, obligavit idem dominus Opizo pro se, et nominibus quibus supra, antedicto domino Legato nomine quo supra recipienti, omnia sua et dictorum suorum fratrum bona, et iura iam habita quam habenda, et alia quecumque, que ipsi vel alter eorum possident vel in futurum possidebunt, renuntians pro se et dictis nominibus in hiis omnibus et singulis
17 supradictis privilegio fori, feriis quibuscumque de iure vel consuetudine indictis vel indicendis, conditioni indebiti, et sine causa, in factum actioni et alteri cuicumque iuris auxilio seu beneficio, de iure civili vel canonico vel aliquarum Civitatum seu locorum eisdem vel alicui eorum contra premissa vel premissorum aliquod quodlibet
18 competens vel quod competeret in futurum, necnon etiam ex certa scientia supponens, et submittens se et dictos fratres suos expresse in predictis, et pro predictis omnibus iurisdictioni et cohertioni Curiarum dominorum .. Camerarii et .. Marescalli ipsius domini papae et cuilibet alterius Curie ecclesiastice et mundane, ad quam
19 superbiis vel aliquo premissorum contra ipsos Marchiones vel eorum alterum, aliquem nomine Romane ecclesie contingeret habere recursum. Ad hec autem in eidem patris et domini domini Legati predicti presentia, dum predicta omnia agerentur et fierent personaliter constitutus discretus vir Ser Porus Ser Machonis Civis et
20 Notarius florentinus, sindicus [illegible] et hominum Civitatis florentie, ad infrascripta specialiter constitutus, ex instrumento ipsius sindicatus scripto manu Gratioli olim domini Corradi notarii Mutinensis, ac consiliorum et instrumentorum sindicatuum populi et Communis florentie, pro ipso Communi Ecclesie anno incarnationis domini millesimo
21 Trecentesimo tricesimo primo, die secundo mensis Octobris, a me notario subscripto, viso et lecto, predictisque omnibus per ipsum sindicum auditis, intellectis et cognitis diligenter volens predictorum promissioni et obligationi pro infrascripta parte tantum sindicario nomine dicti Communis accedere, et pro predictis magnificis
22 viris dominis Raynaldo, Opizone et Nicolao Marchionibus Estensibus et quolibet eorum insolidum intercedere, fideiubere et dictum Communem et universitatem Civitatis florentie efficaciter obligare dicto domino papa et successoribus suis et Romane ecclesie sponte et ex certa scientia sindicario nomine antedicto accessit et accedit promissioni
23 et obligationi facte ut supra per dictum dominum Opizonem nominibus quibus supra, de fidelitate fienda et servanda dicto sanctissimo patri domino papa et suis successoribus et ecclesie memorate, et de dimittendo, restituendo et assignando dicto sanctissimo patri et successoribus suis, ac deputandis ab eo vel eis et eidem
24 Romane ecclesie Civitatem, Comitatum et districtum Ferrarie cum suis iuribus et pertinentiis universis, elapso termino decem annorum, pro quo vicariatum dicte Civitatis, Comitatus et districtus et iurium et [illegible] reverunt et continuerunt supradicta
annua pensione annis singulis [illegible] et omnibus et singulis promissionibus [illegible]